THEATRVM VIDVILE

Siuè

DE VIDVIS, AC PRIVILEGIIS VIDVILIBVS

AVTHORE

D. CAROLO SPADAZZA

A' FVSIGNANO I. V. DOCTORE.

BIBLIOTECA ... DE LA ... SALAMANCA

THEATRVM VIDVILE,

De la libr.a del Coll.o Mayor de Cuenca

Seù

DE VIDVIS, AC PRIVILEGIIS VIDVILIBVS

Tractatus abſolutiſſimus, tùm Legalis, tùm Moralis, in quo tota Viduilis materia elaborata methodo explanatur, atquè omnes caſus, qui in diſceptationem reuocari poſſunt, ingenioſa enucleatione definiuntur.

Ad interpretationem legis Vnicę. C. quando Imperator inter Pupillos, & Viduas.

Opus ad theoricam, ac praxim accommodatum, apprimeque vtile, ac neceſſarium, needùm Iudicibus, Aduocatis, Cauſidicis, & in ſubſellijs legentibus, atquoquè Principum Conſiliarijs, Confeſſoribus, ac Animarum Curam habentibus.

Cum Argumentis, locupletiſſimequè Indice rerum notatu dignarum, quæ in Tractatu continentur.

AVTHORE

D. CAROLO SPADAZZA

A' FVSIGNANO I. V. DOCTORE

Olim in diuerſis Tribunalib⁹ Iudice, modò pro ſecunda vice Almę Rotę Ferrariæ Auditore, ac Prętore, Necnon Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſimi D. Laurentij Butij eiuſdem Ciuitatis Vicelegati Auditore.

ELEONORÆ IMPERATRICI

TER AVGVSTAE D.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

FERRARIAE, MDCLXXII.

Apud Alphonſum Mareſtam Subconductorem Typogr. R. C. A.

SVPERIORVM PERMISSV.

ELEONORÆ IMPERATRICI TER AVGVSTÆ

CAROLVS SPADAZZA

Felicitatem, ac Imperium.

APerio Auguſtæ Maieſtati tuæ anguſtum Theatrum omni decore viduatum, vt ex vmbra tua lucem, ex nomine amplitudinem ferat: Nullis ſanè viduabitur ornamentis, vbi Tuum cenſeas, habeas, tuearis: nequè id tua Maieſtate alienum: Tuum quippè eſt, quidquid Viduarum Patrocinium eſt: Tu enìm ea præſtas dignitate, eo ſedes in Throno, vnde in omnes quidèm beneficentiæ tuæ radios effundis; Viduas tamèn Viris, & viribus viduatas, humanis opibus deſtitutas, penè lapſas, certè labantes, amicè amplecteris, ſalubritèr erigis, cumulatè ſuſtentas; & eò vſquè deprimis Maieſtatem, vt viduis te tradas in Matrem: Matrem, inquam, quam ab italis vſquè oris ad iſtud culmen Imperij amicum numen euexit, & viduam tamdiù feliciſſimam ſeruat, vt habeant viduæ quam precentur, cui

AMICE LECTOR

SPectatorem cupio Te, non Lectorem; ad Theatrum quippe voco. Ante tamen quam adyta penetres, paucis in aditu, & veſtibula Templo. In ipſa fronte operis Theatri titulum vides, amplum ſanè, ac magnificum, & quod facile in indicia multorum incurrat: re ipſa tamen ita operi congruum, ità opportunum, vt ad id vnum natum aptum videatur. Quis enim Theatri vſus? quæ finis? niſi vt quæ maximè ſpectanda cenſemus ibi dentur in conſpectum Populorum? Quid verò ſpectabilius? quid mortalium oculis iucundius? quàm imbelles fœminas, quàm caducas viduas, quàm mulieres omnibus penè dotibus viduatas intueri validè impetitas, acritèr certantes, viriliter propugnatas, egregiè triumphantes de Impietate in Theatro Iuſtitiæ? ſunt illis Innocentia pro clypeo, Priuilegia pro telo, pro Aſſeſſoribus monita SANCTORVM PATRVM, pro Iudicibus Oracula ſcripturarũ. Atqui Viduas minimè Theatrum decebat. Quid porro? Cui verò non auditæ ſunt Iudithæ, Semiramides, Tomyrides, Zenobiæ, nobiles illæ Viduarum animæ ſupra Heroum gloriam euectæ, quarum geſtis tragico Syrmate decoratis videmus, quotidie Theatra ſuperbire? nec nouum igitur, nec indebitum Viduis Theatrum dare. Adde ſecutum me cultiſſimæ Vrbis, in qua verſor mores: Eaenim in Vrbe dego, ibi ſtudeo, ibi Illuſtriſſimæ Rotæ Auditor vires exhibeo, in qua ſi vſquam, ſummus eſt vſus, incredibilis diligentia, mira frequentia Theatri obeundi. Quare vt induimus homines ſpecies rerum, quibus cum crebrò verſamur; ita facile, in vrbe ſpectaculis deditiſſima, adhæſit mihi, & à me emanat in vulgus, hæc quæcunquè imago Theatri. Ea vtique re ſperaui initurum me gratiam præcipuè FERRARIENSIVM meorum, quibus totus iam à decennio impendor, ſi rem ipſis vnicè gratam, Theatri videlicet ſpeciem, exhiberem. Infer igitur pedem, Amice Spectator ad intima Theatri cognoſcenda: in quo ſi quid minus affabrè concinnatum offenderis humanæ imbecillitatis incuriæ, ne illico totam operis molitionem minùs gratam habeas. Sed ſtudium, diligentiam, animum Auctoris tuis commodis pro ſua virili parte laborantem, æquo animo penſans, receptum illud opportunè vſurpa

Horatius libr. 2. Od. 16.

Nihil eſt ab omni
Parte beatum

Amico ab animo hæc tibi veniunt, amico animo excipe quæ Iuſtitiæ indemnitati. Viduarum fælicitati, publicęquè vtilitati D. D. D.

THEATRVM VIDVILE,

Seù

DE VIDVIS, AC PRIVILEGIIS VIDVILIBVS

AVTHORE

D. CAROLO SPADAZZA

A' FVSIGNANO I. V. D.

Olim in diuerſis Tribunalibus Iudice, & modo in Alma Rotæ Ferrariæ pro ſecunda vice Auditore, atquè Prætore.

PRIMA APPARATVS PARS.

IN PRIMA APPARATVS PARTE.

SVMMARIVM.

1 *Vidua illa dicitur, quæ virum habuit, atquè defuncto alteri non nupſit., & nu. 26.*

2 *Vidua cenſetur vxor illius, qui Religionem ingreſſus eſt, ac profeſſionem emiſſit, & de ratione inibi.*

3 *Vidua dicitur, quæ maritum habet ſenem, diuturno, ſeù perpetuo mentis, corporiſuè morbo impeditum, ac fatigatum, aut aliàs ſibi inutilem.*

4 *Eccleſia ſi inutilem habet Epiſcopum, dicitur viduata.*

5 *Inutilis dicitur mortuus.*

6 *Paria ſunt, virum non habere, vel habere inutilem.*

7 *Vidua reputatur ea, quæ nunquam virum habuit, ſed cœlibem agit Vitam.*

8 *Uxor foriudicati, vel banniti, ſiuè exuli nuncupatur vidua.*

9 *Foriudicatus mortuus reputatur.*

10 *In ſententia foriudicationis, in qua ad mortem condemnatur, ponitur clauſula, vt quotieſcunquè ad Curia manus peruenerit, moriatur foriudicatus.*

11 *Mulier, quæ habuit maritum abſentem per longum tempus, vidua appellatur.*

12 *Uxor habens virum ad triremes damnatum dicitur vidua.*

13 *Paria ſunt viro carere, ac illum inutilem habere.*

14 *Per ſententiam condemnatoriam filij damnati fiunt Orphani, & illius vxor vidua.*

15 *Vidua nuncupatur illa mulier, quæ diuortium fecit cum ſuo marito culpa eiuſdem mariti.*

16 *Vidua vocatur ea mulier, quæ virum habet relegatum in perpetuum, non autem ad tempus; & de ratione ibidem.*

17 *Vidua dicitur ea mulier, quæ habet virum perpetuo ad carceres damnatum, non autem ea, quæ habet maritum ad tempus in carceribus detentum.*

18 *Carnificis vxor vocatur vidua, iiſdemquè prærogatiuis gaudet, quibus fruuntur cæteræ viduæ.*

19 *Deffinitio ſecundum Dialecticos alia dicitur quid rei, alia quid nominis.*

20 *Vidua dicitur, quaſi à viro ſeparata, illo priuata,*

cilio frequentium negotiorum proximè accedunt ad virilitatem, immò prudentia, ac conſilio viros ſuperant, nec enim nouum eſt, negotia facere viros diſq. 80. nu. 57. pag. 801.

Vxores viris ſunt coniunctæ non ſolùm per naturam, ſed etiam per ipſum ius diuinum, ac virtutem Sacramenti matrimonij diſq. 40. nu. 137. pag. 314. diſq. 45. nu. 314. pag. 426

Vxores viro orbatæ inter miſerabiles, vt viduæ recenſentur. diſq. 40. nu. 140. pag. 314.

Vxores viuentibus maritis, poſſidere dicuntur horum bona, hæcquè iure familiaritatis retinere. diſq. 71. num. 19. pag. 737.

VXORIBVS.

Vxoribus ſemel, id eſt, durante matrimonio, placuit locatio fundi dotalis à maritis facta ex conſenſu tacito eis præſtito. diſq. 62. nu. 10. pag. 641.

VXORICIDÆ.

Vxoricidæ, qui coniuges in adulterio deprehenſas interfecerunt, mortifere peccarunt. diſq. 36. nu. 66. pag. 240.

VXORICIDIVM.

Vxoricidium in fauorem viduorum maritorum redundaret, ſi hi dotes non perderent ob necem in coniuges illatam diſq. 36. nu. 56. pag. 240.

VXORICIDII.

Vxoricidij crimen eſt deteſtabile, atquè graue diſq. 36. n. 155. pag. 242.

FINIS SYNOPSIS.